



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 13. Iudæi Christum expellentes expulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

§. XIII.

*Iudæi Christum expellentes expulsi.*

12. Iudæi Christum non solum eduxerunt è ciuitate sua grauissimo crucis trunco oneratum, sed etiam enixis precibus à Pilato impetrarunt, vt in cruce auersus ab vrbe, versus occidentem suspenderetur, indignum eum iudicantes, qui urbem aspiceret. Pari pacto & ipsi, non solum ex vrbe Hierosolymitana, sed etiam ex tota patria sua sunt exturbati, venditi, capti abducti, itaque vbiq; contempti fuerunt, vt ad nullum honestum officium admitterentur, sed teste Ammiano, non aliter quàm *olidi & fœrentes Iudæi* appellarentur. Ita odor sille compensatus est, quem Christus inter mortuorum ossa, in monte Caluarie, sustinuit. Quin & Ælius Adrianus postea edicto cauit, ne quis de Iudæorum gente amplius circa rudera ciuitatis compareret. Certè Iudæi non solum exuti templo, sacrificijs, ciuitate, per diuersas orbis partes (vt olim profugus Cain) vagati sunt, & adhuc vagantur, sed etiam omnibus gentibus odiosi & abominabiles redditi fuerunt. Sic impletum est illud: *disperge illos in virtute tua, & depone eos, vt omnibus in opprobrium dati,*

l. 19. de  
Iud. Cod.  
Theod.  
Ammi-  
an. Marc.  
lib. 2.

Psal. 80

120

testimo.

Vide S.  
August.  
in Ptal. 58.  
Ioseph. l.  
2. de bell.  
Iud. c. 17.

testimonium essent, iuxta vaticinia Prophetarum, iam Messiam venisse, sed à Iudæis agnitum non esse; eicientes ergo Christum eiectioni sunt. Atque *Captiuorum quidem omnium*, ait Iosephus, *qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium comprehensus est numerus: mortuorum vero, per omne tempus obsidionis, undecies centum millia. Ite, exules, qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Inde expellimini, vnde Dominum vestrum expulistis.*

## §. XIV.

*Iudæi Christum eradicantes, eradicati,*

Ioseph.  
lib. 7. de  
bell. c. 2.

13. Quia autem Iudæorum de Christo consilium fuit, *eradamus eum de terra viventium*, idè non solùm ipsi, at etiam eorum templum, & ciuitas, & Resp. est eradicata. Licet enim Titus per se, perque Iudæos, qui ad castra Romanorum confugerant, Iudæos ad deditiorem honestam sapius inuitaret, quin etiam rogaret, vt si non sui, saltem templi rationem haberent, ne irruentes illud milites inflammarent, tantum abfuit, vt ipsorum saluti consulentes audirent, etiam his omnibus superbe spretis, obstinato se animo omnia libentius experturos mala iactarunt, quàm vt se dedere